

Dice NARIA siempre en vez de *Najara*, o *Naiara*.

Pone IANIZ en *Salinas de Yaniz*,

ÇENESTAZA en vez de *Genestarza*.

DATHAN en vez de *Datan*.

BURÇOS en vez de *Burgis*:

TRADIDERUNT por *rrediderunt*.

CALACORRITANUS por *calagurritanus*.

FERRANDEZ por *fernandez*

D. VIII

Crismón. Sub nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Quam brevis est et fragilis hominum vita, et numquam pro dolor! in eodem permanet statu, que nostris laudabiliter sunt gesta temporibus, decenti consilio, posterorum curavimus memorie commendare. Ego humilis Stephania dei gratia Regina, olim bone memorie Regis Garsie filii regis sancii uxor, omnipotentis dei aspiratione permota, mihi et meis cupiens in hoc antecessoribus providere, quosdam fugitivos a sedibus propriis expulso, in quadam serna, cuius vocabulum est la serna de sancto vincentio, que est prope domum sancti juliani de soiola, ad ipsam pertinens domum, cuius magnitudo est de vinea de blasco azenariz usque ad cabezo de la rade, cum consilio omnium fratrum in Najarensi ecclesia habitantium, et cum consilio omnium filiorum meorum decrevi pro anime mar[i]li mei Regis Garsie, et animarum predecessorum meorum remedio: misericorditer populare. Igitur do vobis exilibus in populatione ad colendam illam sernam que est super medrano et que dicitur de la quintana, et illam que est subfus medrano, et que dicitur de sebarante, et tenet de sancta columba usque ad sanctum cipriani, et illam que est ultra antelenam, et que dicitur de frexinus, et illam que est ad pedem de daroca, et dicitur la serna de val de daroca, et dono vobis ut habeatis plenariam partem cum villis de campo, scilicet cum fonte majore, cum coscujos, cum fornos, cum medrano, cum viliela, cum antelena, in exitibus, in pascuis, in aquis, in montibus, in pratis, in fontibus, et in omnibus terminis, ut ipsi vobiscum et vos cum eis terminum pacifice possideatis. Ingenuitatem vobis talem do, ut nulli hominum nisi domino domus soiole serviatis, et hoc videlicet servitio, ut unusquisque vestrum domino soiole sex nummos et sex operarios ad quodcumque eos voluerit accipere annuatim persolvatis. Decimas, primicias, vota, oblationes, domui soiole reddatis. Nullam vendendi subpignorandi, aut alienandi de predictis sernis licen-

tiam habeatis. Si quis autem hanc nostri laudabilis facti paginam infringere, et predictos homines sicut illi de medrano olym fecerunt inquietare et perturbare voluerit: sit maledictus et excommunicatus, et eternis penit cum dathan et Abyron ac juda proditore subiciatur: sitque anathema maranata, et pectet pro ausu temerario mille quingenta auri talenta, medietatem regie maiestati, et medietatem domino domus soiole, inceptumque ejus irritum fiat: hanc regalis decreti cartam: Ego Regina Stephania, et filius meus Rex Sancius de supradicta populatione quam fecimus: confirmamus, et ratam atque firmam fecimus, et roboravimus, et hoc figure signum impressimus, et testibus confirmandam tradimus.

Subscripciones: *Primera columna:* Ranimirus infans confirmat. Raimundus infans conf. Fredinandus infans conf. *Segunda columna:* Sancius pampilonensis episcopus conf. Gomesanus Nailensis episcopus conf. Garsias alavensis episcopus conf. *Tercera columna:* Senior Eximino garsceiz testis. Senior fortun lopiz t. Senior fortun sanz t. Senior fortun belasquez t. Senior Semeno fortuniones t. Deinde optimates totius regni sancii regis, filii regis Garsie: testes. Hoc autem fuit factum apud sanctum Stephanum de collegio publico, pridie idus maii. Luna VIII. Sub Era MLXXXVIII Regnante domino nostro ihesu christo in celo et in terra, Amen. Et sub ejus imperio: Sancio Rege, regis Garsie filio: in pampilona, in Alava, in castella vetula usque in burgis, feliciter. Ego Galindo Capellanus Regine Stephanie ejus jussione exaravi.

Entre la tercera X y la V de la Era una mano extraña, como se comprueba por los trazos y la tinta y, sobre todo por verse bien claro el punto de separación que puso el copista, ha intercalado otra X, sin duda porque para la Era MLXXXVIII (año 1050) no había muerto todavía el rey don García.

D. IX

Crismón. Presentibus et futuris notum sit ac manifestum, quod Ego Aldefonsus dei gratia Rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor Regina et cum filio meo ferrando, divino intuitu, libenti animo et voluntate spontanea, dono et concedo deo et Na[ie]rensi monasterio sancte Marie, et vobis domino Semeno ejusdem instanti priori vestrisque successoribus, et universo conventui presenti et futuro, omnem illam hereditatem agriculture quam habeo in torrentes que est inter Covam cardel et Cerraton, jure hereditario, libere et sine contradictione aliqua in